

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2478

**Auteur(s) :** Richard Erquemouc, de Flottemanville [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (hôpital-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1261, mai

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard Erquemout vend à l'Hôtel-Dieu de Coutances pour huit sous tournois une rente de deux quartiers de froment à Flottemanville.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° LXXVIII, p. 64-65.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Ricardus Erquemout, de Flottemanvilla, vendidi et concessi finaliter priori et fratribus domus Dei et beati Anthonii Constanciensis, duo quarteria frumenti ad mensuram de Flottemanvilla, annui redditus ad festum Sancti Michaelis, quem redditum eis assignavi in hominibus meis de Flottemanvilla inferius nominatis ; videlicet in Jordano Durandi et in tribus acris terre vel eocirca, sitis inter terram Ricardi Syrot et terram Michaelis Panier, a lateribus et inter cheminum et Grasmesnullum et vicum juxta Crutam presbiteri et butis, unum quarterium frumenti in Alano Pepin, et in dimidia acra terre sita inter terram Odonis Erquemout et terram ejusdem Alani a lateribus et inter viam juxta portam de Londa et vicum As Pepins de butis, duos bussellos frumenti et in Ricardo Ruffo et in dimidia acra terre sita inter terram Roberti clerici et terram Guillelmi Lombart a lateribus et inter magnum cheminum et Les Tangues domini de Bunum in perpetuum de cetero annuatim ad festum predictum predictis priori et fratribus et eorum successoribus, libere, pacifice et omnino quiete, per manum predictorum hominum et heredum suorum in dictis terris, quos homines et quas terras ad [hoc] attornavi et obligavi specialiter dictis priori et fratribus et eorum successoribus, et ad faciendam suam plenariam justiciam pro predicto reddito, [nisi forte] ad predictum terminum eis libere redderetur, sine reclamatione et contradictione de cetero mei et heredum meorum. Pro hac autem venditione et concessione taliter a me facta, dederunt michi predicti prior et fratres octo libras turonensium et persolverunt. Et ego et heredes mei tenemur eis et successoribus suis hec predicta omnia garantizare et deliberare contra omnes et penitus acquitare vel alibi in propria hereditate nostra ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus. Et hec omnia juravi supra sacrosancta evangelia me fideliter servaturum et quod de cetero contra non veniam ullo modo. Et ut hoc totum firmum sit in perpetuum et stabile, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M° CC° Lmo X° primo, mense Maii.